Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



sua meditabitur insidias et artes quibus fraudulenter pos
sit xpianum ppl̄m consumere
Insidiatur rapere violencia pauperem ppl̄m xpianum
si uero sic non poterit curabit rapere pauperem fraudulen
cia dum eum blandicijs est et promissionibus ad suas nequi
cias flectere faciet
Captum uero fidelem In laqueo promissionis diuiciarū
humiliabit eum trahendo eum ad consenciendū ei et sub
iciet dominacioni sue et cum antixpus nimia felicitate in
ocium remiserit animū inclinabit se ad delicias et volup
tatem carnalem sed domino non paciente eū amplius seru
re in sanctos repentino interitu a suo dominio cadet
Merito cadet quoniam Dixit in corde suo oblitus est
deus sanctorum suorum ut eos saluet auertit faciem suā
ne uideat ea que in terra et in hoc mūdo aguntur Unde quā
diu seculū durabit sine fine regnabo
Propheta ut predicta mala cito finantur petit accelerari iu
diciū dicens Exurge ad iudiciū dn̄e deus qui videris
dormire p̄mittendo antixp̄m tanta mala inferre sanctis
tuis et exaltetur ptās tua in vindictam eius ne obliuiscaris
tuorum fidelium
Propter quod impius antixp̄us suis blasfemijs irrita
bit deum nisi quia credit tamq̄ nesciens aut impotens nō
requirat facta sua ad puniendum
Sed ipe antixp̄us fallitur quoniam tu domine qui nosti
omnia uides laborem et dolorem quos sctis tuis intulerit
et consideras qualiter antixp̄m et complices suos tradas
in manus iusticie tue ad puniendum
Et hoc merito Quoniam tota spes ppli xpiani in te est
ut eum protegas et ideo ipsi tamquam orphano patrio